Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36877
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

82.

siquidem promptos et liberales licet
ex nimia penuria et defectu ad so-
lucionem dictarum decimarum. Sim
modificacionem infra scriptam vi-
delicet ut annus solucionis prime de-
cime incipiet in festo beati Georii
modo venturo et eiusdem anni
Prima solucio fiat in festo beati
Martini. Secunda in festo beati Geo-
rii postea subsequenti. Secunde vero
solucionis fine tunc perceptis.
Decimabimus non de omnibus
possessionibus bonis redditibus
nostris et beneficiis. hoc est de eis
que beneficiorum intuitu pos-
sidemus expensis secundum necessa-
riis deductis. necessarias vero eas
dicimus quas circa ea colendo
colligendo impendimus sine
quibus res subsistere non potest. Sic
de omnibus legatis testatis
ecclesiarum et personarum quarum
redditus pro maiori parte vel in-
mediate in eisdem consistunt
legacionibus legatis seu testa-
tis. Si capitula collegia
seu conventus in communi de
suis redditibus decimabunt.
Item siquis ex uno beneficio seu
marcarum argenti ponderis pa-
cem redditus habuerit dum-
taxat eos non decimabunt.
Hospitalis vero et domus le-
prosorum cum annexis sibi ecclesiis
super quibus fundata sunt deci-
mas non prestabunt. Pastores
et vicarii insimul vel quilibet
pro parte sua decimabunt. ita tamen
quod plene de omnibus redditibus
ecclesie decimarum persolvatur. Or-
dinarii personas providas et fi-
deles deputabunt qui eandem

decimam colligent et servabunt
et si nuncius domini apostolici eisdem
unum aut plures voluerit ad-
iungere sue voluntati relinquitur.
Preterea sub iuramento solven-
cium decimam persolvetur. Et
ordinarii subiectos ad solucionem
censura ecclesiastica poterunt coar-
tare. Item decimabimus
ita quod tempus estimacionis sol-
vendo decime bladi et vini sic-
ut Michaelis et Martini. de ceteris
autem solvatur decima sic plane
consueverunt denarios a suis rusti-
cis loco ceterorum recipere in festo
Georii secundum ius et terre con-
suetudine. In firmariis. vel
tiariis sacristis. et hospitalaribus
religiosorum non decimabitur
nec si ultra provisiones necessitas de
illis officiis exhibendas certi
excessus redditum illorum officiorum
tunc ex illo residuo fiat decima
cum communis decime apponenda